



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

mentis, & alijs obuentionibus
communiter percipi solitis, eis
assigetur; sed in praedicta sum-
ma scutorum 100. vel 50. non
sunt computandæ eleemosinae al-
taris, funeralium, & alia huius-
modi, quæ Vicarius postea ex
suo labore, & officio percipit, sed
illa incerta, quæ habent quam-
dam certitudinem, ut sunt deci-
mæ, seu primitæ frumenti, vini,
& aliorum fructuum, ut d. Ricc.
in Prax. for. eccl. par. 3. ref. 469.

40 Addit glos. in cap. extirpanda §.
qui vero ver. perpetuum de Präb.
quod Vicarius eo ipso intelligi-
tur perpetuus, si auctoritate Epis-
copi est institutus per text. in cap.
ad bac de offic. Vicar: ubi dicitur,
quod in tali casu à Rectorre re-
moueri non potest.

S V M M A R I V M.

- 2 Episcopus hodie non potest dis-
pensare cum Parochio, ut possit
abesse causa studij.
- 2 An hoc procedat etiam respectu
Parochorum docentium.
- 3 Canonici, ac Dignitates ex ea-
sa studij per quinquennium
abesse possunt.
- 4 Quando Canonici hoc priuilegio
gaudeant.
- 5 An terminus quinque annorum
referendus sit tam ad Studentes,
quam ad docentes.
- 6 An ad hunc effectum requiratur
licentia proprij Episcopi.
- 7 An teneatur Ordinaries dare hu-
iusmodi licentiam.
- 8 An Canonici in tali casu debeant
loco sui substitutum relinquare.

C A P. XIII.

An Parochus, & alii ad residen-
tiam adstricti possint abes-
se causa studij.



Vamuis secundum iu-
ra antiqua Episco-
pus posset cum obti-
nentibus parochia-
les ecclesias ex causa

studij dispensare ad septennium,
ita ut eo tempore nec teneretur
residere, neque infra annum su-
scipere sacerdotium, sed tantum
subdiaconatum, ut ex cap. cum
ex eo de elect. in 6. hodiè tamen
per decretum Concilij Tridenti-
ni sef. 23. de ref. cap. I. cessat dispo-
sitio dicti textas: & ideo ultra
duos menses à Concilio prescri-
ptos abesse ex quavis causa ne-
queunt, ut cœluit Sac. Congrega-
tio Concilij teste Ricc. in Prax. for.
eccl. par. 1. ref. 321. & in Collect.
decis. 583. par. 3: Prosp. de Auguſt. 1.
in addit. ad Quarant. in ver. resi-
dentia vers. item limita, & alij
quos refert & sequitur Barbos. de
offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. nu.
77. & all. 56. num. 30. & ratio est;
quia cum hodie parochiales ec-
clesie conferantur per concursū,
presupponitur in eo, qui magis
idoneus repertus est, scientia
necessaria; & ideo opus non est,
ut à sua ecclesia absit causa stu-
diorum, ut dicit Bonacino. 1. in
Tract. de oner. & oblig. Beneficiar.
ad resid: disp. 5. pun: 5. num. 16. &
hoc etiam procedere respectu
Paro.